



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

10. De funesto interitu impiæ reginæ lezabel, quæ occidit prophetas  
Domini, & Eliæ mortem erat interminata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

518 COLLATION. SACRAR.  
cutiam de Ieroboam mingentem ad parietē.  
Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate,  
comedent eos canes: qui autem mortui fue-  
rint in agro, vorabunt eos aues caeli, &c. Ecce  
hæc fuit merces abolentis verum Dei cultum,  
& maiorum suorum religionem, remouentis  
legitimos Dei Sacerdotes, & alios de extremis  
populi constituentis, adscendentis super alta-  
rē: vt adoleret incensum.

*Ex 3. lib. Reg. cap. 19. & 4. Reg. cap. 9. De summo  
inertu impia Regina Iezabel, qua occidit Pro-  
phetas Domini, & Eliæ mortem erat interminata.*

C A P. X.

**I**Mpia Iezabel cum occidisset Prophetas Do-  
mini, atq; insuper Eliæ mortem minaretur,  
timens sibi Eliam, abiit quocunque ferebat vo-  
luntas, tandemque petens animæ suæ vt mo-  
reretur, ait: Sufficit mihi Domine, tolle animā  
meā: neq; enim melior sum quam patres mei.  
Zelo Relatus sum pro Domino Deo exercituum,  
quia dereliquerunt pactum Domini fi-  
lij Israel: altaria tua destruxerunt: & Prophe-  
tas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum  
ego solus, & quærunt animam meā, vt auferat  
eam. Non reliquit multam Deus hanc in ser-  
uos & Prophetas suos crudelitatem. Enimu-  
rò cū rex Iehu veniret in Israel, impia Iezabel  
depinxit oculos suos sibi, & ornauit caput  
suū, & respexit per fenestrā ingredientē Iehu  
per portam, Leuauitque Iehu faciem suam ad  
se-



fenestram, & ait: Quæ est ista? Et inclinauerunt  
se ad eum duo vel tres eunuchi, & dixerunt:  
Hæc est illa lezabel. At ille dixit: Præcipi-  
tate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam:  
adpersusque est sanguine paries, & equorum  
vogulæ conculcauerunt eam. Cumque intro-  
gressus esset, vt comederet, biberetque, ait: Ite,  
& videte maledictam illam, & sepelite eam:  
quia filia regis est. Cumq; issent vt sepelirent  
eam, non inuenerunt, nisi caluariam, & pe-  
des, & summas manus. Reuersiq; nunciaue-  
runt ei, & ait Ichu: Sermo Domini est, quem  
locutus est per seruum suum Eliam Thesbi-  
ten, dicens: In agro lezrahel comedent canes  
carnes lezabel: & erunt carnes lezabel sicut  
stercus super faciẽ terrę in agro lezrahel, ita vt  
paxtereuntes dicant: Hæc cine est illa lezabel?  
*Ex 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip 26. De rege Ioas,  
qui thesauros templi temerè surripens, à seruis  
suis interficitur. Item de Ozia rege, qui volens a-  
dolere incensum, moni usq; à sacerdotibus, non esse  
hoc sui muneris, & contemns, lepra percussus.*

## CAP. XI.

**C**VM Hazael, rex Syriæ, pugnaret contra  
Geth, eamq; cepisset: dirigeretq; faciem  
suam vt adscenderet in Ierusalem, tulit Ioas,  
rex Iuda, omnia sanctificata, quæ consecraue-  
rant Iosaphat, & Ioram & Ochozias, patres  
eius, reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vni-  
uersum argentum quod inueniri potuit in  
the-